



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hermannii Conringii De Antiquitatibus Academicis  
Dissertationes**

**Conring, Hermann**

**Helmestadii, 1674**

Svpplementvm VI. Ad pag. IIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12929**

ejus abstinere, nonnullos etiam à phascolis, brassicā, crambe, & lentibus. Dicta eorum affinia sunt dictis Philosophorum: argumenta eorum ad probandam Dei unitatem longè firmissima sunt. Autumant animas sceleratorum novies mille seculis cruciari, deinde ad misericordiam Dei redire. Tantum quoque de Zabiis hac vice: sive in Arabia illi cœperint, sive veteribus Chaldæis sint annumerandi. Longè plura ex Orientalium scriptorum monumentis, qua solet inusitata industria & curiositate, eruta de Sabiis illis docuit Hottingerus. L.1. Hist. Orient. cap. 8, ut & Bibliotheca Orientalis cap. 2. classe 3. pag. 103.

Etsi verò indubie etiam illis Sabiis suæ fuerint Scholæ, nos tamen nihil habemus quod de iis doceamus.

## SUPPLEMENTVM VI.

Ad pag. ix.

**Q**uæ pag. 8 de Thalete aliisque Græcorum sapientibus vetustioribus diximus, non alio indigent testimonio quam unius Diogenis Laërtii: quoniam quod ejus hac de re narrationibus reluctetur nihil reperire est ex veteri ævo.

De Pythagoræ scholis quæ nos attulimus, referuntur post Livium in historiis etiam vitae Pythagoræ, apud Laërtium, Malchum, sive ut nomen ejus Tyrium mutavit Dionysius Longinus Porphyrium, & Jamblichum, alibiq;. Tametsi haec tenus operis Jambliche vita & secta Pythagoræ in septem libros divisi, tantum duo & quidem mendosi infeliciterq; versi, in lucem prodierint, duosque sequentes priores cum omnibus Jambliche reliquis scriptis à se exspectari quidem jusserit Lucas Holstenius vir longè doctissimus sed nullo successu, quantum eisdem sciam. Dignum memoratu hic est, quod de Schola Pythagoræ notat ad Porphyrii

phyrii librum idem Holsteinius; illam propriè didactiæior appellatam, ut Platoni Academiam & Aristotelis Lyceum vel φίλοντος, Epicuri horios, Zenonis porticum. Vereor autem ut possit firmis testimoniiis probari: quoniam quod didactiæior idem & ἀνεγαθησον Porphyrio dicitur: nec appetet ratio quare communis scholæ appellatio uni Pythagoricæ facta fuerit propria.

De Coa & Cnidia scholis Medicis exstant varia dicta Galeni: an apud alios veterum alibi, non satis memini. Sophistarum instituta passim in vulgus pridem innotuerunt.

## SUPPLEMENTVM VII.

Ad pag. ix.

**V**T ea quæ de Scholis Atticis differuimus pag. 9 rectius intelligantur, operæ fuerit pretium diligenter legisse, non ea duntaxat, quæ jam tum laudavimus ex libro posthumo de Ceramico gemino, dicta à vito de Atticis rebus optime omnium merito Joanne Meursio ad Academiam pertinencia, sed etiam quæ idem magnâ industria congeffit in unum, in Athenis Atticis de Porticu l. 1. cap. V. de Cynosarges l. 2. c. 2. de Lyceo cap. 3.

De privilegiis porrò Scholarum Atticarum quæ dicta ibidem sunt, illustravimus jam tum in Addendis pag. 289: ut nihil iis addere sit hodiè necessum.

Verum præterea esse quod itidem docuimus; nempe Athenienses loca isthæc celebria non suppeditasse Phidias liberaliter, atq; in Scholæ usum aptasse: id præter Hortum Epicuri, quem ab illo fuisse emptum ex Diogene notavimus, haud obscure significant etiam illa quæ nonnulli de ipsamet Platonis Academia commemorant. Plutarchus l. de Exilio sanè ita scribit: *Academia tribus milibus drachmæ.*

Ee 3

drachmæ.